



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

7. Dies Maii. Honestum ei, vile est, cui corpus nimis carum est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

Majus.
oc agone

duci solo

Si hujus

i, fines te

norman

s evagen

tibus sen

Illud tibi

ut corpus

immortal

statuto

e spiritus

Deo est b

Deus ab

am trans

que mor

tam spiri

am viven

oriosa

rituale

um tam

am virtu

Dicigitu

dem cum

Obsecr

mih mo

a, à spi

bis amo

n in odi

entissim

ame

Tessera.

345

amem, quàm ut tu ipse te tanto damno tui ames. Deinde, hilarior est amor Dei quàm proprius, itaque & vita hominis sibi morientis propter Deum, erit hilarior quàm sibi viventis. Non tantùm tu Deo, sed tibi vivit Deus, si tibi moriaris propter Deum. Quid, quod ut evadas omnes misérias, necesse est præ omnibus te animæ tuæ misereat? Illa quasi vertitur tota in corpus, dum nimis obsequeris corpori, & avidè sequeris quæ arrident corpori. Quantum porrò interstitit inter duos illos, quorum unus sui osor, alter sui cultor, quidam expressit duobus epitaphiis, duorum vitæ sibi maximè dissimilium, Henrici Octavi, Angliæ Regis, & Thomæ Mori, quorum hic sic vivebat in corpore, quasi secretus à contagione corporis: alter abdomini, & veneri deditus, totusque carni, & sanguini immersus, non videbatur alius, quàm moles corporea, sic ut anima ejus videretur tota conversa in corpus. Epitaphia duobus brevissimis metris contexta, sic se habent

Epitaphium Henrici VIII. Epitaph. Thomæ Mori.
Hic totus Henricus jacet. Viator, hic Mori est nihil.

7. DIES MAII.

Honestum ei, vile est, cui corpus nimis carum est. *Seneca Epist. 14.*

Corpori I. **N**unc stringo gladium in hostem domesticum, qui perenne indicit animo bellum, canitque noctes, ac dies bellicum,

Y s

in

in corpus; & in illos malè feriatos homines, qui id unum agunt, donec animum agant, ut benè sit corpori. Corporis causa forantur montes, transcenduntur alpes, sollicitantur terrarum penetralia, trajectantur maria. Hujus gratia cum jaëtura divinæ gratiæ, præcipuè Avaritia expetitur, huic luxuria blanditur, huic lenocinatur desidia, huic ancillantur omnia vitia. Quot sunt filii tenebrarum, qui carnem suam suaviuntur in filiolum, qui jugiter illam foveant, & fovant, qui recta in Epicuri hortulos, & delicatæ inestitiæ umbram feruntur. Et illâ nimiam curâ corporis, ut homines toti talpæ fiant, & tanquam sues, non animam habere alia de causa videantur, quàm necerore, & pinguedo putrescat. Illi nil sapiunt altum, nil cogitant divinum, nunquam se humo attollunt: mens omnis, & cogitatio apothecæ cancellis definitur, donec vita illis finiatur. Diogenes uno in dolio cubabat, illi totos dies peregrinantur inter dolia, & ollas, totas noctes volutantur inter plumas, & rosas, animus est totus in patinis, & cantharis; potius in parabride, quàm in obside, plus in foro, quàm in chore, plus in macello, quàm in sacello, plus in lecto, quàm in templo, denique in cæno, quàm in cælo.

II. Frustra ab his expectes, vel ut tuendæ honestatis gratia, vel divinæ gloriæ causa, vel virtutis obtinendæ amore, sese injiciant in difficultates, inducant in pericula. Neesse est vile sit ei omne honestum, cui invisa est ipsa honestas, cui accepta est corporis voluptas. Languore diffluens, & otio desidens, heroicè non molitur, non tollit erectos vultus ad sidera, non assurgit ad opera sublimia, non se effert ad virtutis Regiam in arduo positam. Plus timent morsum publici

Majus.
licis, aur
fulminis.
lanceas.
gittas, al
falaricas.
prosequa
expresen
indumen
circumve
oni, lura
trum & s
cidu, insi
tinlo hom
stercorū.
culentun
conflatur
animam c
tela, in c
bus potes
tibi olim
III. Qu
mel, pere
attendas
non pote
tendas ad
sentibus,
desideriis
perare sen
tores, non
lia opus e
oretur,
rur, in f
licis

Majus. *Tessera.* 347
 licis, aut aculeum culicis, quàm viri generosi jactum
 fulminis, aut Lydonium spicula, aut acutas Gallorum
 lanceas, aut Macedonum sarissas, aut Parthorum sa-
 gittas, aut Persarum machæras, aut Saguntinorum
 falaricas. Sed ut tandem corpus, eo quo par est, odio
 prosequaris, aspice quibus lineamentis ejus effigiem
 exprelsere SS. Patres. Corpus judicio Trismegisti est
indumentum inscitie, velamen opacum, sepulchrum
circumvertile. Testimonio Philonis, *Cadaverosum*
anus, lutum maceratum. Suffragio S. Ambrosii, *An-*
trum & spaleum, Calculo P. Nazianzeni, *Hostis pla-*
cidus, insidiosus amicus. Ex mente Tertulliani; *Linus*
titulo hominis incisus. Ex sensu S. Bernardi: *Saccus*
stercorū. Et tu illud inauspicatum monstrū pure fœ-
 culentum, sanie tabificum, è bruto terræ elemento
 confectum, in quo quot sunt membra, tot sunt quæ
 animam oppugnent, arma, tot quæ Deum impetant,
 tela, in certam tui perniciem blandè fovebis, & qui-
 bus potes lenociniis in exitium animi lactabis? O quā
 tibi olim cōstabit carō, si tibi nimiū chara fuerit caro.
 III. Quapropter ne propter corpus periturum se-
 mel, pereas semper, utere corpore ut jumento. Non
 attendas querelis ejus; non queritur de injuria, quod
 non potest, sed de molestia, quam fugit. Sed nec at-
 tendas ad blanditias ejus; blanditur ut fallat: Utere
 sensibus, ut animæ ministris. Addicti illi sint non suis
 desideriis, sed animæ imperiis. Præposterum est im-
 perare servum, famulari Dominum. Sint fidi excubi-
 tores, non perfidi proditores. Hostes obsident? vigi-
 lia opus est. Oculi non contemplantur, ut corpus ad-
 oreitur, speculum: sed stent, ne hostis adoria-
 tur, in specula. Cave, illorum blanditiæ, sunt
 insidiæ

inlidia. Si intemperanter nimis indulges sensibus, pungetur anima sensibus. Ad hæc utere totius corporis membris ut infimis mancipiis; quidquid illis uti à cibaria, onus, virgam tribuis, abusus est. Subesse illis, honori est, animo saluti est. Quo occupantur constantius, fructificant uberius. Quibus est consilium excolere animum, nunquam nisi necessitate compulsi, habent cum corpore commercium. Memineris corpus esse cinerem, coloratâ pelliculâ involutum, quem in deposito habes, ut cinerem cineri reddas. Ita in antiquo epitaphio vas cinerum dicitur homo à Poëta:

*Dic homo, vas cinerum, quod confert flos faciem
Cogit quid rerum? mors ultima meta dierum.*

8. DIES MAJI.

Vanus error hominis, & inanis cultus dignitatis, fulgure purpura, & sordescere mercede. *Minutius Felix in Octavio.*

Luxus vestium.

I.

UT in usu vestium serves modum, proderit supra modum exponere verba Divi

Chrysostomi (a) *Difficile difficile inquam est, fortasse & impossibile, corpore ornato, simul ornare animam.* Hinc nulli ferè est exquisitus corporis cultus, quàm quibus animus est incultus. Comptulus, & comatulus, idem plerumque est & sordidulus. Ardor venustus capillitii, probitatis est probum

(a) *In I. ad Corinth. 6. Hom. 7.*